

Sacra Congregatione Concilii

SIVE

Revdmo P. D. BENIAMINO CAVICCHIONI

ARCHIEPISCOPO NAZIANZEN.

PRO - SECRETARIO

— * —

S. FIDEI NEO - GRANATEN IN AMERICA

Praetensi Auxiliarius seu Coadiutoriae

PRO

ILLMO AC RMO DD. BERNARDO HERRERA RESTREPO

S. FIDEI DE BOGOTA ARCHIEPISCOPO

CONTRA

Revdmm DD. MOYSEM HIGUERA

EPISCOP. TIT. MAXIMOP.

ac Capituli Ecclesiae S. Fidei Bogotensis Decanum

RESTRICTUS FACTI ET JURIS

Pro nova audientia in Congregatione diei 22 Augusti 1896

ex Bibliotheca D. D. Francisci La

ROMAE

EX OFFICINA SOCIALI

MDCCCXCVI

Sacra Congregatione Concilii

SIVE

Revdmo P. D. BENIAMINO CAVICCHIONI

ARCHIEPISCOPO NAZIANZEN.

PRO - SECRETARIO

— * —

S. FIDEI NEO - GRANATEN IN AMERICA

Praetensi Auxiliarius seu Coadiutoriae

PRO

ILLMO AC RMO DD. BERNARDO HERRERA RESTREPO

S. FIDEI DE BOGOTA' ARCHIEPISCOPO

CONTRA


Revdmum DD. MOYSEM HIGUERA

EPISCOP. TIT. MAXIMOP.

ac Capituli Ecclesiae S. Fidei Bogotensis Decanum

RESTRICTUS FACTI ET JURIS

Pro nova audientia in Congregatione diei 22 Augusti 1896



M 456 Pa 14

Ej 2

ROMAE

EX OFFICINA SOCIALI

—
MDCCXCVI

1896

Iurium seu Auxiliaratus

PRO

ILLMO AC RMO DD. BERNARDO HERRERA

CONTRA

REV. DD. HIGUERA

Episcopum titul. ac S. Fidei de Bogotà Decanum

Iudicium novae audientiae diei 22 Augusti 1896

DUBIUM

AN SIT STANDUM VEL RECEDENDUM A DECISIS IN CASU

Emi ac Rmi Patres,

1. Est utique, ut dicunt adversarii, recta iustitiae lex ut si quis sententia SS. CC. RR. se gravatum persentiat, ad *beneficium novae audientiae* confugere valeat. Verum hic non agitur de sententia corrigenda, quam iudex inferior injustam vel *propter ignorantiam* vel *propter dolum* tulerit, sicuti aliquando in *propria dicta appellatione* contingit, sed de reformanda vel non sententia, quae minus recta deinde appareat propterea quod **nova documenta** ab adversariis deducantur.

1. In nova audientia nova documenta deducenda sunt.

2. Igitur qui beneficium *novae audientiae* petit et in nova audientia *nullum novum documentum* affert, *juris beneficio abutitur* ac appellationem interponit « *cum solo fine ut causa longius producat, et ne contra se justa sententia proferatur et sic appellans tenetur de damnis illatis.* » (Ferraris Bibl. verb. appell. art. 11, n. 1). Ratio est quia talis appellans, ut ait Ferraris loc cit., « *magnam injuriam infert iudici a quo appellat,*

2. Alioquin appellans beneficio novae audientiae abutitur.

et magnam injustitiam committit in proximum quem cogit ad indebitas expensas, protrahendo injuste causam sua iniqua appellatione. »

3. Adversari nulum novum juris documentum afferant, documenta autem facti vix quaestionem respicient.

3. Emi ac Rmi Patres, adversarii, in hac nova audientia *nullum novum praebent documentum juris, nullum documentum facti* quod quaestionem respiciat, quoque Rmi Decani *pruētensum* jus defendere valeant Sane quoad *juris documenta* non adducunt nisi *consuetum decretum* editum sub *Gregorio XVI* quo R. Pontifex anno 1833 ut expresse in eodem decreto dicitur **■ suffraganeatum in provincia Casanare erigendum decrevit ■** ac *bullam Pii IX* qua auxiliaris personalis Archiepiscopi Bogotensis Arbealez Dominus Higuera electus est, sicuti vos sapienter Emi Patres in sententia 2 Mai proxime lapsi decrevistis.

4. Nec documenta sunt cum argumentis quibus documenta interpretantur confundenda Caeterum interpretari documenta juris contra interpretationem S. Congregatione in 1^a instantia allatam, est injuriam in Sacram Congregationem inferre.

4. Nec **documenta** confundenda sunt cum *argumentis quibus commentaria fiunt ab adversariis tum in decretum Gregorii XVI tum in Bullam Pii IX* — Etenim injuriosum est vobis, Emi Patres, petere beneficium *novae audientiae*, ut vos a Rmo Decano ejusque advocato audiatis quomodo Decretum Gregorii XVI, ac bulla Pii IX contra sententiam a vobis latam interpretanda sint, quasi supponi possit vos jus ignorare. In prima instantia utique partibus licitum est aperire quid de bullarum ac decretorum Pontificis interpretatione ipsis videatur; ignoratur enim quid sacra Congregatio sentiat de eorum interpretatione; sed cum sacra Congregatio re cognita et perpensa decreta R. Pontificis interpretata sit; petere beneficium *novae audientiae* ut contra ejus interpretationem, decreta Pontificis interpretentur, est injuriam in hunc sacrum Ordinem audaciter inferre. Vos, Emi Patres, decrevistis attentis et *decreto Gregorii XVI et Bulla Pii IX* Dominum Decanum Archiepiscopi Arbealez auxiliarem *personalem* electum fuisse, ita ut post mortem Archiepiscopi Arbealez ab officio cessasse, ipsi e contra

dicunt ex decreto Gregorii XVI ac Bulla Pii IX deduci Dominum Higuera Archiepiscopatus auxiliarem perpetuum designatum fuisse! Quod ut concludant extra verum sensum ea documenta interpretantur, commentaria futilia et cerebrosa edunt, **ac vos docere praesumunt!**

5. Ad documenta facti vero quod attinet satius ac utilius adversariis fuisset si ea non adduxissent. Ea enim praeterquam quod quaestionem proprie non attingunt, evidentiter inducta sunt ut Dominus Decanus Higuera suum irridum animum perversis cupiditatibus vexatum contra personam Illmi ac Revdmi Archiepiscopi Bogotensis Herrera, ac contra Revdmm Delegatum Apostolicum manifestet. Si revera adversarius suam dignitatem Episcopalem, *de qua ita frequenter loquitur*, tueri voluisset, illam tali modo in lutum non pervolvisset. Sed, vos Emi Patres, Revdmi Decani tam scandalosam agendi rationem judicabitis!

6. Interea ex his patet beneficium *novae audientiae* petatum fuisse ut injuriae ac mendacia gratuito contra Archiepiscopum Herrera ac Revdmm Delegatum Apostolicae Sedis proferentur. Peto igitur Emi Patres ut sine ulla causae discussione hoc sit vestrum responsum: **« in decis. »**

7. Verum etiamsi ab his praescindatur, non obstantibus argumentis ad adversariis adductis, in eandem conclusionem procul dubio deveniendum est. Vos, Emi Patres, die 2 Maji proxime lapsi, 1) decrevistis Actorem non Archiepiscopatus **sed personae Archiepiscopi Arbealez** auxiliarem electum fuisse, adco ut post mortem Archiepiscopi Arbealez auxiliaris munus amiserit, 2) Responsionem eadem sententia confirmastis quam Emus Cardinalis Rampolla jussu SS. Domini Nostri Pontificis Leonis XIII dederat *« essere infondate le domande di quel Prelato (Higuera) in ordine all'assegno che reclama come Ausiliare. »* **La Santità di N. S. ha dichiarato più**

5. Documenta facti utilius adversariis esset si ea non attulissent.

6. Quare petitar ut Emi Patres respondeant: « in decis. »

7. In sententia 2 Maji Emi Patres statuerunt Dominum Higuera post mortem Archiepiscopi Arbealez auxiliaris munus amisisse ideoque auxiliarem personalem Archiepiscopi fuisse, nihilque ei competere, eum tamen SSmo commendare.

non competere a Monsignor Higuera l'assegno che riceveva come Ausiliare e molto meno avere egli diritto ad alcun arretrato per quel suo temporaneo ufficio » (Summ. doc. n. 24-25). Vos tamen, Emi Patres, vestra benignitate illum SSmo Patri Nostro Leoni XIII commendastis.

8. Adversarii dicunt Dominum Higuera auxilia rem Archiepiscopatus electum fuisse nec hunc titulum amisisse, et ex stricta iustitia congruam assignationem ei competere.

8. Adversarii e converso **eadem freti documentis quae Vos Emi Patres examinastis** affirmare audent: 1) actorem archiepiscopatus S. Fidei de Bogotà auxiliarem fuisse nec titulum nec ius amisisse; 2) ex stricta iustitia ad tramitem iuris oratori congruam assignationem competere.

Sed nec primum nec secundum probant.

I.

9. Dominus Higuera non vi Decreti Gregorii XVI sed vi Bullae Pii IX auxiliaris electus fuit Quod deducitur etiam ex sententia 2 Maji proxime lapsi hujus Sacrae Congregationis.

9. Quoad primam quaestionis partem in primis notum singularem esse modum quo sibi proponunt quaestionem. — Probandum assumunt: « *Actorem nunquam titulum et dignitatem auxiliaris archiepiscopatus amisisse!!* Sed unquam titulum et dignitatem *auxiliaris archiepiscopatus* habuit? haec est quaestio. — Ceterum ipsi **novum documentum non adducunt**, sed in decreto jussu Gregorii XVI anno 1833 edito insistent ac contra vestram sententiam interpretantur. — At incassum eorum conamina cedunt — Nam in nostra prima oratione probavimus *non vi Decreti Gregorii XVI, sed vi Bullae Pii IX Actorem auxiliarem electum* fuisse; quod Vos Emi Patres, ni fallor, probastis, cum decrevistis D. Higueram non post erectam Tunquensem dioecesim cui provincia Casanare adjuncta est, sed *post mortem Archiepiscopi Arbealez* auxiliaris munus amisisse. — Sane in praefato decreto Gregorius XVI **« suf-**

fraganeatum in provincia Casanare erigendum decrevit » ut ipse *expresse ait* » (*Summ. doc. n. 1*).

Quare obvium erat ut erecta dioecesi Tunquensi cui a Sede Apostolica sedes olim suffraganea Casanarensis adiuncta est, ab auxiliaris officio dominus Higuera cessaret. Si igitur postquam erecta est dioecesis Tunquensis ac Casanare provincia huic dioecesi unita est, actor auxiliaris officium retinuit quod post mortem Archiepiscopi Arbealez tantummodo amisit, ut Vos Emi Patres sapienter decrevistis, consequens est ut non vi Decreti Gregorii XVI sed tantummodo vi Bullae Pii IX Dominus Higuera auxiliaris renunciatus fuerit.

10. Et revera *Decretum Gregori XVI illis temporibus in desuetudinem jam abierat*. — Decretum Gregorianum anno 1833 latum fuerat: et hujus decreti vi *unus tantummodo* auxiliaris Iosè Chavez in *sede suffraganea Casanarensis electus est*, qui vix electus sedem suffraganeam Casanarensis dereliquit. Usque ad annum 1876 quo D. Higuera coadiutor electus est nemo neque in Casanare neque in Dioecesi S. Fidei coadiutor nominatus est (*Summ. doc. 31*). Quare jam a 40 annis decretum Gregorii XVI, *voluntate Apostolicae sedis*, executionem non habuit; imo dici potest quod vix unquam habuit.

10. Sane Decretum Gregorii XVI voluntate ipsius Apostolicae Sedis executionem nunquam habuit.

11. Addatur: In Concilio Provinciali anno 1868 *plurimum disceptatum est an expediret dividere dioecesim S. Fidei, aut Episcopum coadiutorem petere*. Rationibus hinc inde libratis postremum constitutum est, sed *ne verbum quidem in concilio factum est de decreto Gregorii XVI*. Hinc Archiepiscopus Arbealez appellans *ad Concilium provinciale (non ad decretum Gregorianum)*, scribebat ad Rom. Pontificum Pium IX: « *In conformità di quanto è stato stabilito dal Concilio provinciale (non dicit dal decreto di Gregorio XVI) immediatamente chiesi a Sua Santità per mio ausiliare etc.* » (*Summ. n. 3*) Imo aiebat « *la sua residenza (auxiliaris) può*

11. Probatur ex agendi ratione Concilii Provincialis 1868, et Archiepiscopi Arbealez.

lasciarsi al mio arbitrio » (Summ. n. 3) etiamsi juxta decretum Gregorii XVI residentia auxiliaris in sede suffraganea Casanare constituenda esset, in qua Gregorius « **suffraganeatum erigendum decrevit.** » Igitur et Archiepiscopus et Clerus sentiebant decretum Gregorii XVI sedis Apostolicae consensu, in desuetudinem abiisse.

12. Etiam Sedes Apostolica executionem Decreti Gregorii XVI ex condito praetermisit.

12. Imo nec Sedes Apostolica umquam vim tribuit praefato decreto Gregoriano: 1) quia *per 40 annos* non curavit ut suffraganeus in sede suffraganea Casanarense eligeretur; 2) quia **neque probavit decretum Concilii Provincialis 1868 quo statutum est ut Archiepiscopo daretur auxiliaris.** Hinc ad DD. Marino Marini Secretarium a negotiis ecclesiasticis extraordinariis Archiepiscopus Arbealez scribebat « *l'approvazione di questa parte del Concilio* **neque IN CUI SI PROPONE** *la creazione di un Vescovo Ausiliare* **NON SI É OTTENUTA** » (Summ. doc. n. 46). Si viguisset juxta mentem S. Sedis decretum Gregorii XVI cur Sedes Apostolica ratam non habuit quod primus constituit Gregorius XVI et Concilium confirmavit? 3) quia Pius IX in Bulla qua D. Higuera coadiutor Archiepiscopi Arbealez nominatur nec directe neque indirecte de decreto Gregorii XVI mentionem facit, imo **congrua Rev.mo Higuera non assignatur sex millium scutatorum sicuti dicitur in decreto Gregorii XVI sed alla 15 millium francorum.** Noluit igitur Pius IX applicare decretum Gregorii XVI. Imo iis utitur verbis quibus *coadiutores personales* a Sede Apostolica eliguntur, ait enim se eligere DD. Higuera in Episcopum titularem Maximopolitanum « *ut fratri nostro Archiepiscopo Arbealez adiuvento esse possit* ». (Summ. docum. 2). Eadem formula usus et SS. mus D. N. Pont. Leo XIII cum D. Higueram in auxiliarem personalem Episcopi Medellensis elegerit (Summ. n. 35).



13. Similiter nostris temporibus Sedes Apostolica ostendit Higueram non vi Decreti Gregorii XVI sed tantummodo *vi Bullae Pii IX auxiliarem* electum fuisse, ideoque **D. Higuera auxiliarem personalem** Archiepiscopi Arbealez fuisse — Nam juris principium est auxiliarem *personalem* a munere cessare quoties Episcopus eo uti non velit. « *Quoties Episcopus*; ait Riganti in reg. I Cancell. § 7, n 85 *illum (suffraganeum) amplius non requirere sed per se ipsum Pontificalia exercere vult suffraganei ministerium cessat* » Fagn. in cap. cum ad haec num. 24 de praeben. et in cap. Episcopalia n. 38 de privileg Quare cum Archiepiscopus Arbealez non amplius indigeret Actoris auxilio, hic a ministerio suffraganei de facto cessavit — Qua propter Em. us Cardinalis Rampolla jussu SS. D. N. Pontificis Leonis XIII ad Archiepiscopum Herrera die 21 febr. 1894 ad tramitem juris scribebat: « *L' Arcivescovo Arbealez quando fu eretta la diocesi di Iunia fece conoscere alla S. Sede non abbisognare più di Ausiliare, e la Santità di N. Signore si degnò per tale motivo provvedere a quel Prelato già ausiliare dell' Arcivescovo di Bogotà col beneficio del Decanato della Cattedrale* » (Sum. n. 25). Consequenter in Bulla Decanatus Romanus Pontifex ad tramites juris ait D. Higueram *Auxiliarem jam fuisse* (Sum. 18 - 27 - 28) sicuti ipse Higuera hoc recognoscebat dum in petitione Decanatus *quam in Dataria unusquisque videre potest*, et cuius exemplar authenticum in Summario n. 29 retulimus, vocat se **auxiliarem jam extitisse** — Singularis autem est — **agendi ratio Revdmi Higuera qui rursus affirmare audet** in Dataria Apostolica *syngrapha vulgo minuta* reperiri in qua dicitur *Auxiliaris existis!!!* Emi Patres, jam in prima instantia hoc falsum esse vobis denunciavi — In Dataria non adest nisi *bullae originalis* in qua legitur **auxiliaris jam fuisti**, quam retuli in Summario n. 28; nec non *supplicatio originalis* Decanatus in qua dicitur: **auxiliaris jam existens** (Summ. n. 29) *Syngrapha vel minuta* reperitur, apud Apostolicum Expeditorem

13. Item sensit Sedes Apostolica nostris temporibus.

Comm. Angelini et in ea pariter legitur « **auxiliaris jam fulsti** » (Summ. n. 27) Dominus Higuera ut explanet quomodo in bulla Decanatus legatur *auxiliaris jam fuisti* narrationem exhibet evidenter *falsam* et gratuito *iniuriosam* — Ceterum talis est agendi ratio adversariorum, ut nempe *gratis affirmant, repetent quod etiam in prima instantia exposuerunt ac sub silentio horum refutationes a nobis oppositas praetermittant* — Itaque Romanus Pontifex ita locutus non esset in Bulla Decanatus si retinisset Dominum Higuera Auxiliarem Archiepiscopatus potius quam *personae Archiepiscopi Arbealez* vi Bullae Pii IX electum fuisse.

Imo expresse Romanus Pontifex per Rev. D. Cardinalem Rampollam ad Archiepiscopum Herrera scripserat « *Monsignor Higuera eletto Vescovo titolare di Massinopoli fu con la medesima Bolla nominato ausiliare dell'Arcivescovo Arbealez* » (Summ. n. 25)

Tandem ita evidens est Sedem Apostolicam Dominum Higuera auxiliarem retinuisse electum *personalem* vi Bullae Pii IX ut SS. Dominus Noster Leo XIII illum postea « **peculiari benevolentia** » eum complecti volens *in auxiliarem personalem Episcopi Medellensis elegerit* (Summ. n. 3). Putabat proinde Romanus Pontifex dominum Higuera fuisse *auxiliarem personalem* Archiepiscopi Arbealez, alioquin in pejorem conditionem eum rejecisset.

Addatur quod Emus Cardinalis Rampolla ad Archiepiscopum Herrera scripserat « *La Santità di N. S. ha dichiarato più non competere a Mons. Higuera l'assegno che riceveva come ausiliare e molto meno avere egli diritto ad alcuno arretrato per quel suo  temporaneo officio* »  (Sum n. 25).

De coetero in oratione quam in gradu primae instantiae vobis obtuli Emi Patres luculenter ostendi et Sedem Apostolicam, et Archiepiscopos, et Capitulum et Clerum dominum Higuera ut *auxiliarem personalem Archiepiscopi Arbealez* recognovisse (Defensio Archiepisc. Herrera pag. 16).

14. Ex his patet quid dicendum de testimoniis ab adversariis adductis quibus Archiepiscopus Arbealez auxiliarem Actorem vocat Archiepiscopatus. Ipse enim tum cum declaraverat Sedi Apostolicae se non amplius indigere auxiliari tum cum Domino Kiguera gratias agebat pro iis quae ab eo gesta erant durante auxiliari tum cum ipse auxiliarem sibi petiit (*Summ.* n. 3, 4, 7, 8, 9, 11, 12, 13) sat clare indicabat se Dominum Higuera uti verum personalem auxiliarem habuisse — Nam et vicarius generalis dicitur vicarius generalis Dioecesis, Episcopatus etiamsi mortuo Episcopo a munere cesset?

14. Hinc patet quid dicendum de testimoniis ab adversariis adductis.

15. Interea intelligitur cur omnes mirati sint cum extemplo Dominus Higuera affirmare coeperit se esse auxiliarem Archiepiscopatus! Mirata est Sedes Apostolica quae illum creavit et declaravit auxiliarem personalem Archiepiscopi Arbealez; (*Summ.* n. 6, 10, 25); miratum est Capitulum Bogotense quod terque quaterque Actori praetensa jura negavit, mirati sunt Archiepiscopi Bogotenses qui omnes firmiter restiterunt, (*Summ.* 13, 16, 17, 22, 50), et vos etiam Emi Patres mirati estis, qui in prima instantia declarastis Dominum Higueram post mortem Archiepiscopi Arbealez sicuti auxiliarem personalem auxiliaris munus amisisse. Quis sane non miraretur si talia apud nos evenirent? Igitur non vi decreti Gregorii XVI sed vi *Bullae Pii IX tantummodo*. Actor auxiliaris personalis designatus est.

15. Sic omnes mirati cum intellexerint dominum Higuera se auxiliarem perpetuum denominare.

16. Nec mirum est ut decretum R. Pontificis ejusdem Pontificis consensu, justis extantibus causis, in desuetudinem abire possit quin expresse sit revocatum. Expressa decreti Pontificis revocatio in jure desideratur, cum *de jure tertii* agatur; quod in casu non contingit. Non enim Gregorius XVI Actorem auxiliarem nominavit, qui anno 1833 nec in vivis erat, sed « **suffraganeatum in provincia Casanare exigendum decrevit** » at postea consultius Sedi Apostolicae visum est decretum executioni non mandare.

16. Nec incongruum est quod sedis Apostolicae consensu iuxta de causa decretum generale Pontificium executionem non habeat quin expresse revocetur.

17. Exhibentur rationes, propter quas sedes Apostolica Gregoriana decreti executionem non curavit.

17. Huius deliberationis rationes non deficiunt. Nam: 1) opera civilis gubernii pecunia qua suffraganeus Casanarensis sustentaretur defecit adeo primus suffraganeus Chavez sedi Casanarensi renunciare coactus fuerit est. (*Sum. n. 31*). — 2) Ulterius quando prodiit decretum Gregorii XVI Gubernium civile dumum ex una parte decreti executionem concedebat, ex altera protestatum est *ad se pertinere jus praesentandi suffraganeum Casanarensis* sicut alios Episcopos praesentabat (In Folio S. C. C. 2 Maji 1896).

Quare absque dubio ad lites praecavendas consultius sedi Apostolicae visum est Gregori XVI decretum executioni non mandare, ac data occasione per *coadjutores personales necessitatibus occurrere*. Ita per 40 annos nullus auxiliaris in sede suffraganea Casanarensis electus est. Tandem ratio specialis adest cur temporibus Archiepiscopi Arbealez Sedes Apostolica Ecclesiae Bogotensis necessitatibus per coadjutorem personalem potius quam per suffraganeum Casanarensis consulere maluerit. Nam disceptabatur an expediret magis eligere coadjutorem Archiepiscopo Arbealez quam dioecesim dividere. Concilium Provinciale anno 1868 *censuit magis expedire coadjutorem eligere*. At diversa certe mens erat Sedis Apostolicae quae cum vellet vivente eodem Archiepiscopo Arbealez dioecesim dividere ac provinciam Casanare a dioecesi Bogotensi sejungere ~~et~~ **Concillium Provinciale haec in re non probavit** ~~et~~ (*Summ. n. 46*). Post octo annos tamen idest anno 1876 repetitis petitionibus Archiepiscopi Arbealez *coadjutorem personalem* idest Dominus Higuera ei concessit, at eodem Arbealez vivente Provinciam Casanarenae ma Dioecesi Bogotensi sejunxit et novam dioecesim Tunquensem erexit. Ita decretum Gregorii XVI qui **« suffraganeatum in provincia Casanare erigendum decrevit »** (*Summ. n. 1*) impedimento non fuit; sicuti quodammodo impedimento fuisset si vi Gregoriana Decreti Actor auxiliaris electus fuisset.

18. Itaque si non vi decreti Gregorii XVI quod jam a 40 annis Sede Apostolica consentiente in desuetudinem abiit, dominus Higuera suffraganeus electus est, peto Emi Patres *quid prosint adversariis elucubrationes quibus decretum Gregorii XVI juxta sua desideria interpretare nituntur?* Ipsi *supponunt quoad contra sententiam a vobis Emi Patres latam demonstrandum est* idest dominum Higuera vi decreti Gregorii XVI auxiliarem Archiepiscopatus electum fuisse.

18. Quodsi Dominus Higuera auxiliaris nominatus non est vi decreti Gregorii XVI, deficit fundamentum defensionis adversariorum quae in decreto Gregoriano interpretando fere ex integro consistit.

19. Sed audiamus quomodo Gregorianum decretum interpretare praesumant.

Dicunt in primis: *Ex decreto Gregorii XVI deducitur quod agitur de suffraganeatu perpetuo non modo reali sed personali non pro Archiepiscopo tantum sed etiam et praecipue pro Archiepiscopatu constituto.* « Nam, subdunt, in decreto habemus *perpetuum in modum Episcopum constabilitum titolarem: sed quod est perpetuum temporaneum et amovibile esse nequit.* » Respondeo *ex his verbis* decreti non proprie deducitur Gregorium constituisse suffraganeatum perpetuum, ex eo quod voluit ut in Dioecesi Bogotensi perpetuo Episcopus titularis ad esset; Episcopus titularis qua talis non est suffraganeus, at natura est perpetuus vi potestatis ordinis.

19. Tamen falsae interpretationes refutantur. Et in primis non valet argumentum ex eo deductum quod Gregorius voluit ut in Dioecesi Bogotensi adesset perpetuo Episcopus titularis.

20. Dicunt quod hic Episcopus titularis suffraganeus perpetuus esse debet quia Gregorius suffraganeum constituit « *eo praesertim consilio ne quando sit ipsa dioecesis viduata Archiepiscopo desit qui ea exequatur quae ordinis sunt episcopalis* »; hic sede vacante de facto est Archiepiscopus. Sano subdunt juris principium est « *suffraganeus Episcopo defuncto cui suffragatur non potest sacros ordines conferre* » (Riganti in Reg. I Conc.: 7. n. 86). Ergo concludunt Gregorius XVI de suffraganeo perpetuo agit. Respondemus: Riganti jure affirmat Episcopo defuncto suffraganeum non posse licite ordines conferre; at Gregorius XVI e contra loquitur *de idoneitate subiectiva* qua pollet

20. Nec valet argumentum ex eo deductum quod Gregorius XVI voluit ut sede vacante ad esset qui ea agere posset quae sunt ordinis episcopalis.

qui potestatem ordinis habet. Mortuo Archiepiscopo suffraganeus non potest licite ordines conferre sicuti ait Riganti, tamen Gregorius voluit ut adesset qui cum debita licentia exequi posset quae sunt ordinis episcopalis. Jam falsum est suffraganeum haberi sede vacante uti Archiepiscopum Nam experientia docet sede vacante potestatem ad Vicarium potius capitularem transferri. Ita semper in dioecesi Bogotensi accidit, ita etiam apud nos contingit. imo ipse Higuera fatetur se a Vicario Capitulari delegatum fuisse die 26 Junii 1891 ad ordinationes conferendas (*Summ.* adv. n. 21).

21. Adversarii enormiter errant dum putant Gregorium XVI suffraganeatum in tota dioecesi Bogotensi constituisse dum in decreto Gregoriano legitur: « *suffraganeatum in provincia Casanare erigendum decrevit*

21. Sed quicquid sit de praedictis interpretationibus adversarii **enormiter errant dum affirmant Gregorium XVI in tota dioecesi Bogotensi suffraganeatum erigisse.** E contra in veritate est **at suffraganeatus in provincia Casanare erectus sit.** En verba decreti Gregorii XVI « **SUFFRAGANEATUM IN PROVINCIA CASANARE ERIGENDUM DECREVIT** » Emi Patres! Vel haec verba nihil significant, vel iis dicitur quod suffraganeatus erectus *in provincia Casanare, ideoque non in aliis provinciis, scilicet non in provincia: Tunquensi, non in statibus Cundinamarca, non in statibus Bojaeà qui omnes illis temporibus ad dioecesim Bogotensem pertinebant sed in provincia Casanare.* Esto quod suffraganeus Casanarensis etiam alibi archiepiscopum adjuvare debeat, sed evidens est hanc esse obligationem *necessariam, sed principalis obligatio a qua nomen et jus suffraganei electus sortitur, est ea quae competit quia suffraganeatus in provincia Casanare ei collatus est « suffraganeatum in provincia Casanare erigendum decrevit »* (*Summ.* n. 1).

22. Quare dato etiam et non concessio Dominum Higuera vi Decreto

22. Quapropter quicquid sit de interpretationibus ab adversariis allatis, profecto dato etiam *et non concessio* quod vi Gregoriani decreti Actor Higuera auxiliaris electus fuerit, auxiliaris esset

in provincia Casanare ~~est~~ **suffraganeatum in provin-**
cia Casanare erigendum decrevit ~~est~~ Quare se-
 queretur pejorem fuisse conditionem Domini Higuera qui non-
 post mortem Archiepiscopi Arbealez ut vos Emi Patres sapienter
 decrevistis, sed post erectam Dioecesim Tunquensem cui se-
 des suffraganea Casanarensis conjuncta est auxiliaris munus
 amississet.

23. Verum adversarii optime sciunt jura Revmi Higuera
 ex bulla Pii IX esse desumenda quo auxiliaris electus est. Ipse
 enim iis juribus gaudet, quae ei data sunt. Quid enim interest
 ab annis 43 suffraganeatum perpetuum institutum fuisse quoties
 patet talem suffraganeatum ei collatum non fuisse? Itaque
 adversarii argumenta adducant quibus probare praesumunt
 etiam Romanum Pontificem Pius IX auxiliarem perpetuum
 Dominum Higuera elegisse.

24. Nam dicunt: 1) Pius IX voluit ut per deputatorum au-
 xiliaratus Higuera parochiam « *de succursu* » cujus erat pa-
 rochus derelinqueret. « *Haec vero obligatoria prioris bene-*
ficii perpetui vacatio, ajunt adversarii, necessario implicat quod
novum officium naturam quoque habeat beneficii perpetui, se-
cus enim non in melius sed in deterius verteret promotio seu
a certa et perpetua conditione ad incertam et mutabilem redu-
ceretur promotus. « Sed contra aliter a jure provisum est dum
agitur de suffraganeo dato Episcopo. Si enim iste cum ad suffra-
ganeatum eligitur jam beneficium etiam curatum possideat
non tenetur nec adstringitur eidem renunciare. » Quod probare
 praesumunt ex quadam decisione S. C. Concilii die 12 dec. 1601
 quam invenerunt apud Riganti **quam tamen prudenter**
non citant ne nos inspicceremus quae postea con-
tra eos sequuntur. Dico igitur Pium IX voluisse ut paro-
 chia *de succursu* a Domino Higuera derelinqueretur quia
 Pius IX jubebat ut Dominus Higuera in provincia Casanare

Gregoriani auxilia-
 rem electum fuisse,
 tamen sequeretur
 ipse auxiliaratum
 amisisset postquam
 dioecesis Tonquen-
 sis erecta est cui
 unita fuit sedes suf-
 fraganea Casana-
 rensis.

23. Jura Domini
 Higuera, pendent
 ex Bulla Pii IX qua
 auxiliaris electus
 est. At adversarii
 recte Bullam Pii IX
 non interpretantur.

24. Ex eo quod
 Pius IX jussit ut
 vacaret parochia
de succursu per de-
 putationem in au-
 xiliarem, non se-
 quitur auxilia-
 rum perpetuum col-
 latum fuisse. Item
 fecit Clemens VIII.

resideret, adeo ut minatus sit Actorem auxiliaratu privare nisi statim se in provinciam Casanare confereret. (*Summ. n. 6*). Ceterum non expediebat ut auxiliaris Higuera parochiam de succursu regeret per vicarium sicuti talibus in casibus semper sedi Apostolicae visum est. Ad decisionem S. C. Concilii ab adversariis adductam respondendum est quod R. Pontifex Clemens VIII non obstante ea decisione jussit **ut suffraganeo scriberetur ut resignaret beneficium**. Hec refert Riganti in reg. I, Cancel. § 7 postquam supra dictam decisionem attulerit, sed ex candido adversarii praetermiserunt nec Riganti prudenter ut diximus citaverunt. Quid mirum igitur si idem Pius IX jusserit? Ita cadit argumentum quod alioquin in pejorem reduceretur auxiliaris conditio.

25. Nec valet argumentum ex amplitudine dioecesis Bogotensis deductum; nam temporibus Gregorii enormiter amplior erat dioecesis Bogotensis, quam temporibus Pii IX, ac nostris temporibus sit. Imo nostris temporibus longe ampliores sunt Dioeceses erectae per divisionem dioecesis Bogotensis. Ceterum propter rationes speciales missionum in provincia Casanare Pius IX auxiliarem Archiepiscopo Arbealez dedit.

25. Nec valet argumentum quod ex *amplitudine dioecesis S. Fidei* deducunt. Nam dioecesis S. Fidei de Bogotà Gregorii XVI temporibus nempe anno 1833 quo Gregorianum decretum latum est, comprehendebat provinciam Cundinamarca cuius superficies est 22,000 kil. quadr. ut patet ex dict. geogr. Carraro, provinciam de Bojaca cuius superficies est 44,000 kil. quadr. (dict. geogr. Carraro), provinciam de Tolima et Casanare cuius superficies est 46,800 kil. quadr. (dict. geogr. Carraro) et tandem provinciam Pampylonensem. Quare temporibus Gregorii XVI Dioecesis S. Fidei superficiem habebat circiter 150,000 kil. quadr. Hodie vero erectis Dioecesibus Neo-Pampylonense, Tunquensi, ac de Tolima, Dioecesis S. Fidei non comprehendit nisi statum de Cundinamarca cuius superficies est 22,000 kil. quadr. ut videre est apud Carraro dict. geograph. Quare latius patent Dioecesis Tunquensis quae cum comprehendat statum de Bajacà superficiem habet 44,000 kil. quadr., ac Dioecesis de Tolima cujus superficies est 46,800 kil. quadr. Si auxiliaris necessitas non apparet pro Dioecesibus Tunquensi, ac de Tolima, quomodo adversarii affirmare audent Pium IX auxiliarem Archiepiscopo Arbealez dedisse propter nimiam Dioecesis am-

plitudinem? Sane ut patet ex dictis Auxiliaris D. Higuera a Romano Pontifice nominatus **fuit propter speciales conditiones missionum in provincia Casanarensi.**

26. Ceterum falsum est ut auxiliaris personalis etiam propter nimiam dioecesis amplitudinem dari non possit. Nam ait Benedictus XIV « *suffraganeus adiungitur Episcopus... sive propter morbum, sive ob illius aetatem sive ob amplitudinem dioecesis* » (De Synodo Dioecesis. Lib. 13, cap. 14). Nullibi legitur ut propter, amplitudinem dioecesis suffraganeus perpetuus semper eligendus sit. Quid enim si Sedes Apostolica statuerit vivente eodem Episcopo cui suffraganeus datur, dioecesim dividere? Nunc in casu magis expedit auxiliarem personalem constituere? Ita in casu nostro contingit. Nam Sedes Apostolica statuerat dioecesim S. Fidei, citius quo fieri potuisset dividere, sicuti vivente eodem Archiepiscopo Arbealez fecit. Quare potius expediebat Revdum Higuera *auxiliarem personalem* eligere. Igitur adversarii minime probant D. Higueram auxiliarem perpetuum electum fuisse neque ex decreto Gregorii XVI, neque ex Bulla Pii IX. Quamobrem sententia vestra firma maneat, Emi Patres ac dubio proposito rogo ut respondeatis: « **In decisis.** »

26. Falsum est ut iuxta extantem causam propter amplitudinem dioecesis auxiliaris personalis dari non possit. Pius IX auxiliarem personalem Archiepiscopo Arbealez dedit quia citius quo fieri potuisset, dioecesim S. Fidei dividere volebat sicuti vivente eodem Archiep. Arbealez fecit.

II.

27. Ex his patet omnes argumentationes cadere quibus conantur probare Domino Higuera ex stricta justitia congruae assignationem competere. Sane dicunt quod suffraganeus perpetuus etiam Episcopo mortuo dotem habet perpetuam ejusque successor congruam solvere debet. Sed quid haec ad nos cum Dominus Higuera auxiliaris personalis Archiepiscopi Arbealez fuerit electus?

27. Argumenta quibus probare contenditur, suffraganeum perpetuum dotem habere perpetuam nil valent, cum D. Higuera auxiliaris fuerit personalis.

28. Pius IV prohibet quoniam suffraganei perpetui pensiones remittant. Ideoque D. Higuera non respicit auxiliarem personalem.

29. Benedictus XIV ita explanat decretum Pii IV ut nempe non liceat suffraganeis pensiones assignatas remittere *donec suffraganei munera obierint*. Quare etiamsi D. Higuera auxiliaris perpetuus esset tamen decretum Pii IV eum non respiceret quia ab erectione dioecesis Tonquensis Auxiliaris munus non exercuit.

30. Jurisprudentia decretum Pii IV interpretata est de

28. Quare inutiliter adversarii decretum Pii IV adducunt quod apud Riganti in Reg. I Cancell. § 7 evidenter invenerunt sicuti omnia et singula juris principia ab ipsis allata, sed non juxta sensum quo apud Riganti reperiuntur intellecta. Nam Pius IV in hoc decreto praecepit ut suffraganei perpetui nequeant consentire cassationi, et extinctioni pensionum sub poena interdicti ab ingressu Ecclesiae. — Verum Dominus Higuera auxiliaris personalis electus fuerat, ergo eum non respicit decretum Pii IV.

29. Insuper Benedictus XVI (*De Synodo Dioecesana*, Lib. 13, cap. 4, n. 6) explanans praedictum decretum ait pensiones assignatas suffraganeis extinguere non licere « sed illis integris donec vixerint ~~et~~ **ac suffraganei munera obierint** ~~et~~ gaudere ipsos et frui debere. Quare si suffraganeus suffraganeatus munera non obierit, ad pensionem exigendam jus haud haberet. Igitur dato etiam *et non concessa* quod D. Higuera fuerit electus suffraganeus perpetuus, certum est quidquid ipse affiret, ut luculentem in mea prima oratione in processu primae instantiae ostendi, ab erectione Dioecesis Tonquensis ipsum auxiliaris munus non exercuisse. — Si enim administrator fuit dioecesis Tonquensis, si rectoris munus exercuit seminarii in Dioecesi Tonquensi, si ibidem accepit officium Vicarii S. Augustini, si dioecesim visitavit aliaque peregit *emolumenta specialia lucratus est, ac vi specialis delegationis talia munera obtinuisse in compertum est*. — Caeterum ridiculum est cum adversario affirmare se semper Auxiliaris munus exercuisse quia Archiepiscopo Velasco pallium imposuit! (*Summ. adv. n. 20*) quia spiritualiter moniales adsistebat! (*Summ. adv. n. 21*) quia examina ordinandorum accipiebat! (*Summ. adv. n. 27*) quia confessarius Monialium nominatus est!! (*Summ. adv. n. 26*).

30. Addatur quod jurisprudentia decretum Pii IV interpretata est de suffraganeo qui pauper sit quia aliter Sedes

Apostolica ei non consuluit. — Qua de causa Sacra Congregatio Concilii 26 Iun. 1621 ut refert Ferraris Bibl. ad verb. Coadiut. declaravit « *Si coadiutor vel suffraganeus Episcopi est pauper non potest congruam sibi in litteris Apostolicis assignatam remittere* ».

suffraganeo cui aliter provisum non fuerit.

31. Ceterum notorium est Beneficium Decanatus a Sede Apostolica concessum fuisse ut domino Higuera daretur congrua sufficiens ad propriam dignitatem Episcopalem tuendam, eo quod ei congrua auxiliaratus defecerat. — Nam Emus Cardinalis Rampolla jussu SS. Domini Nostri Leonis XIII hoc expresse affirmat: *Monsignor Higuera eletto Vescovo titolare di Massimopoli fu con la medesima Bolla nominato ausiliare dell'Arcivescovo Arbeatez che più tardi quando fu eretta ia Diocesi Junja fece conoscere alla S. Sede non abbisognare più di Ausiliare* **E LA SANTITÀ DI N. SIGNORE PER TALE MOTIVO SI DEGNÒ PROVVEDERE QUEL PRELATO GIA' AUSILIARE DELL'ARCIVESCOVO DI BOGOTA' COL BENEFICIO DEL DECANATO DI COTESTA CATEDRALE.** **In seguito di che la Santità di N. Signore ha dichiarato più non competere a Mons. Higuera l'assegno che riceve come Ausiliare e molto meno avere egli diritto ad alcuno arretrato per quel suo temporaneo ufficio.**

31. Decanatus a Sede Apostolica Domino Higuera collatus fuit quia cum non amplius hic reciperet congruam auxiliaratus, ejus dignitati Sedes Apostolica consulere voluit.

32. Itaque aliud est quod beneficium cum pensione auxiliaratus assignata compatibile sit ita ut auxiliaris utrumque lucrari possit aliud autem est quod beneficium a Sede Apostolica detur eo quod non amplius pensio suffraganeo solvenda sit — Proinde dato etiam et **NON CONCESSO** quod Higuera suffraganeus perpetuus electus fuerit, prefecto nihil ei debetur cum ipse sponte a Sede Apostolica Decanatum acceperit ad sua dignita-

32. Quare utrumque Dominus Higuera exigere nequit, imo tantummodo ad beneficium Decanatusjus habet quod a Sede Apostolica ei collatum fuit ut, deficiente congrua auxiliara-

tus, suae dignitati consuleret.

33. Quod si beneficium Decanatus videatur insufficientis, aliter Decano consulti potest sicuti proposuerat S. D. Noster Pontifex Leo XIII, at Decanus desiderio Romani Pontificis restitit.

34. Quidquid sit de juribus Domini Higuera certe redditus mensae Episcopalis ita exigui sunt ut et *coadiutori et coadiuto simul consulti non possit.*

tem Episcopalem tuendam, *congrua auxiliatus ipsius S. Sedis iudicio deficiente.*

33. Quod si Revdmus Decanus Higuera putet beneficium Decanatus esse insufficientis Sedem Apostolicam deprecetur ut aliter ei provvideatur, sed ea non exigit quae irreparabiliter amisit. — Et sane hac de causa vos Emi Patres illum Romano Pontifici commendastis. Jam Romanus Pontifex ante sententiam 2 Mai proxime lapsi statuerat Episcopo Higuera subveniendum. Nam Emus Cardinalis Rampolla ad Archiepiscopum Bogotensem Herrera scribebat. *Il Santo Padre mentre ha rinosciute infondate le domande di quel prelato in ordine all'assegno che reclama come ausiliare ha anche mostrato desiderio che Monsignor Arcivescovo di Bogotà avuto riguardo alla dignità Episcopale del reclamante cerchi di aiutarlo indirettamente coll'aggiunta di altro beneficio ecclesiastico e coll'affidargli all'evenienza qualche speciale officio che a lui sia di materiale utilità.* » (Summ. n. 24) Archiepiscopus Herrera more sueto libenter ac humiliter desideria Romani Pontificis sua fecit ac repositit « *sono disposto in obbedienza dei desideri del S. Padre a fare quanto da me dipenda per migliorare la situazione finanziaria di quel Prelato* » (Summ. n. 20) Et ad Revdam Delegatum Apostolicum scribebat « *sono sempre disposto a fare la volontà del S. Padre* » (Summ. n. 26). At actor audaciter Romani Pontificis Leonis XIII desiderium non accepit, ac ut lis prosequeretur curavit.

34. Ulterius quidquid sit de juribus Domini Higuera certum post quod *juxta juris principia Archiepiscopus Herrera nihil Rev.mo Decano solvere tenetur.* — Nam in primis in propatulo est quod mensa Archiepiscopalis Bogotensis hujusmodi pensionem Rev.mo Decano solvere non potest quin in praiceps ruat. — Hoc testatur Archiepiscopus Herrera ad Rev.mum Delegatum Apostolicum die 7 Dic. 1894: » *V. E. comprenderà*

che l'Archidiocesi andrebbe in completa rovina se dovessi io riconoscere e pagare la somma che detto Prelato reclama e che come ha dichiarato Sua Santità non gli corrisponde. — le rendite di essa (idest Archidiocesis Bogotensis) sono ridotte a soli 26.000 pesos accertati in conto corrente. Con questa somma si deve attendere al mantenimento dell'Arcivescovo, del Capitolo, del Seminario, dei Parroci, della fabbrica della Cattedrale e delle Parrocchie; donde si conosce quanto tenue debba essere la rendita dell'Arcivescovo, 500 pesos in carta..... » Et ad Sacram Concilii Congregationem scribebat: « In quanto alla somma a cui attualmente ascende la rendita decimale dell'Archidiocesi occorre notare che essa è in cartamoneta con aggio del 142 0/10, il quale è salito fino a quasi il 200 0/10 nei decorsi mesi. Ciò quindi diminuisce notabilmente le rendite di questa Archidiocesi. » Idem testatus fuit jam Archiepiscopus Arbealez qui in epistola ad Romanum Pontificem Leonem XIII die 17 Sept. 1881 scripserat: « **Ridotta la mia Diocesi non ho bisogno di ausiliare nè l'Archidiocesi avrà rendita per potergli assegnare** (Summ. n. 11). Idemque scribebat ad Em.um Cardinalem Iacobini S. S. status secretarium die 18 Nov. 1881: *Sarà impossibile sostenere ausiliare per mancanza di risorse.* Item testatum est Capitulum Bogotense quod in solemnibus conventibus inter alia declaravit: *Le rendite dell'Archidiocesi per la loro esiguità non permettono di mantengano dignità non necessarie* » (Summ. n. 16).

35. Iamvero juris doctrina est quod si redditus mensae Episcopalis non sufficiunt tum pro coadiuto tum pro coadiutores, coadiutus praefertur. — Sic ait Ferraris ad verb. *coadiut.* n. 35: Si redditus Ecclesiae non sufficiant pro utroque idest pro Coadiuto et pro Coadiutore Coadiutus omnino praefertendus est et ipse potius subveniendus quam coadiutor: et sic tenent Vincentius Cardinalis et Abbas in cap. *de rectoribus*, n. 5. -- Barbosa, *ibid.* n. 4; Faginanus, *ibid.* n. 12; Piringh, lib. 3, *decret.*

35. Cum redditus non sufficiant et pro coadiutore et pro coadiuto ad tramitem juris praefertur coadiutus.

tit. 6, n. 8; Reiffestuell, nel *ib.* n. 57; Engel, *ibid* n. 7 et alii magis communiter. — Ratio est quia ut declaravit Rota dec. 410, n. 5, par. 4, rec. Coadiutor nec titulum habet nec possessionem sed *nudum exercitium*, e contra Coadiutus habet titulum et possessionem cum servitio saltem residentiae; Ferraris, op. cit. loc. cit. n. 38.

36. A fortiori haec dicenda si coadiutor officium non exerceat.

36. Quod si haec dicenda sunt de coadiutoribus qui saltem habent *nudum exercitium*, ut ait Ferraris, a fortiori dicendum esset de Rev.mo Decano qui ab erectione dioecesis Tunquensis *nec auxiliaratum ullo modo exercuit*.

37. Eodem spiritu latum fuit decretum « *Cum nuperrimis*. »

37. Eodem spiritu latum fuit Decretum « *Cum nuperrimis* » jussu Pii IX a. S. C. EE. et RR. die 2 Ianuarii 1821 quo constitutum est: 1) quod pensiones pensionariis immutuantur ac cessant juxta immutationem aut cessationem reddituum beneficii super quod impositae sunt: 2) quod Episcopis et Parochis salva semper esse debeat congrua ad eorum sustentationem ac dignitatem tuendam.

38. Quare quacumque in hypothesis Rmo Decano non ex redditibus Archiepiscopalis mensae, sed aliunde consulendum esset.

38. Itaque **dato etiam et non concessio** quod domino Higuera congruae assignatio competeret, attamen non ex redditibus mensae Archiepiscopalis Bogotensis sed alio modo ei consulendum esset.

39. Nihil Domino Decano debetur pro eo tempore quod ab anno erectionis Dioecesis Tunquensis quo postrema stipendia ei soluta sunt ad mortem Archiepiscopi Arbealez lapsum est quia officium auxiliaris non exercuit.

39. Nec dicatur quod aliquid ad dominum Higuera pertineat pro eo tempore quod ab anno erectionis dioecesis Tunquensis quo postrema stipendia ei soluta sunt, ad mortem Archiepiscopi Arbealez la psumest. Nam ipse de facto auxiliaratum in dioecesi Bogotensi non exercuit, imo extra dioecesim semper moratus est. Nec cum resideret in dioecesi Tunquensi munus auxiliaris exercere poterat quia non pro tota Archidioecesi idest non pro Episcopis suffraganeis Archidioecesis, sed pro dioecesi Bogotensi

auxiliaris electus fuerat. Ex altera parte emolumentum debetur suffraganeo *qui munus suffraganei obeat ut ait* Benedictus XIV De Synodo Dioecessana lib. 15, cap. 14, et uti declaravit S. Congregatio Concilii die 11 junii anno 1592.

40. Insuper eo tempore ut Rector Seminarii Tunquensis, ut Vicarius S. Augustini, uti administrator Dioecesis Tunquensis, perspicuam pecuniae summam lucratus est, quae non lucratus esset si auxiliaris officium in Dioecesi Tunquensi exercuisset. Haec enim pecunia ei data est ~~quia~~ **quia pensionem auxiliaratus amplius non percipiebat.** ~~quia~~ Sane Archiepiscopus Arbealez ait eum elegisse administratorem quia « *era senza funzioni* » (*Summ.* n. 9-n. 11 p. 33). Rector Seminari, ac Sancti Augustini Vicarius electus est ut ejus sustentationi consuleretur (*Summ.* n. 30-40).

40. Eo tempore alibi magnae pecunias summam lucratus est. Quae pecuniae ei data est quia congruam auxiliaratus non percipiebat.

41. Igitur si D. Decanus aliquid exigere auderet pro eo tempore, necessario quod ipse pretendit cum iis quae accepit compensandum esset, et ita consequeretur nihil ei solvendum esse.

41. Quare compensatio erit inter id quod praetendit, et id quod accepit.

42. Tandem potius contra heredes Archiepiscopi Arbealez agendum esset. Agitur enim de auxiliari personali ac reddituum pars quae ad Dominum Higuera pertinuissent Revdmus Archiepiscopus Arbealez sibi retinuit, congruum est igitur ut eo mortuo contra ejus heredes agatur. Nec hoc est aliquid in jure novum. Ait enim Ferraris op. cit. ad verb. pensis. n. 109, « *si pensiones solutae non fuerint heredes beneficiati eas solvere tenentur.* »

42. Potius contra heredes Archiepiscopi Arbealez agendum esset: nam ut ait Ferraris *si pensiones solutae non fuerint heredes beneficiati eas solvere tenentur.*

43. Concludendum est igitur « *più non competere a Mons. Higuera l' assegno che riceveva come ausiliare e molto meno avere egli diritto ad alcun arretrato per quel suo temporaneo officio* » sicuti ad Archiepiscopum Herrera scribebat Emus Cardi-

43. Concludendum est nihil titulo auxiliaratus Domino Higuera esse solvendum.

nalis Rampolla jussu Smi. Domini Nostri Pontificis Leonis XIII. Nil manet igitur nisi et vos Emi Patres sententiam 2 maji proxime lapsi confirmetis ac si vobis placet rursus Revdmus Decanus SSmo Domino Nostro Leoni XIII commendetis.

Emi ac Rmi Patres,

44. Contra scandalosam agendi rationem Rmi Higuera protestamur.

44. Postquam adversarii praefatas quaestiones tractaverint nempe: 1° an Dominus Higuera Archiepiscopus perpetuus auxiliaris electus fuerit: 2° an ex stricta justitia congrua auxiliatus ei competat, quibus quaestionibus juxta sententiam a vobis die 2 maji proxime lapsi negative respondendum esse vidimus sequentes sibi proponunt quaestiones: *a quibus et quomodo officium jura ac fama actoris manumissa fuere te qua ratione Sancta Sedes instructa fuit circa ea quae huiusmodi negotium respiciunt.* Harum quaestionum expositio non continet nisi iniurias, insinuationes, calumnias gratuito assertas contra illum ac Revmum DD. Herrera Archiepiscopum Bogotensem cujus jura tuenda mihi concredita sunt, contra illum ac Revmum Episcopum Medellensem, contra illum ac Revmum Dominum Delegatum Apostolicum Archiepiscopum Sabatucci, contra Capitulum Bogotense. Nec servatur dignitas Episcopi Tunquensis Gargia cuius epistolae imprudenter publicantur, sicuti documenta eduntur quae natura sua reservata sunt, et nos eorum natura attentata ex condito praetermisimus quaeque nullo modo ad quaestionem sese referunt. Contra tam scandalosam agendi rationem Episcopi Maximopolitani Revmi Higuera nobis non manet nisi protestationem emittere eo magis quia Archiepiscopus Herrera cum ab urbe longe absit sese defendere non possit. Interea vos Emi ac Revmi Patres de Episcopo Maximopolitano judicabitis.

CONCLUSIO

Emi ac Revmi Patres,

Vos in sententia lata die 2 Maji proxime lapsi dubio: *An post mortem Archiepiscopi Arbealez Episcopus Maximopolitanus auxiliaris munus amiserit affirmative* respondistis et commendetur Ssmo Episcopus Maximopolitanus. Qua sententia decrevistis: 1) Episcopum Maximopolitanum *auxiliarem personalem* Archiepiscopi Arbealez electum fuisse ita ut post mortem ejusdem Archiepiscopi auxiliaris munus amiserit; 2) nihil Episcopo Maximopolitano ratione auxiliaratus deberi, adeo ut nihil maneret nisi illum *Ssmo commendare*. Adversarii e contra probare nisi sunt: 1) Episcopum Maximopolitanum *Archiepiscopatus perpetuum auxiliarem* electum fuisse; 2) ex stricta justitia *congruae assignationem ei deberi*; sed praeterquamqua *nultum novum documentum adducunt*, documenta, quae vos etiam in sententia 2 Maji proxime lapsi interpretati estis, ita interpretantur ut **absolute nec primum nec secundum probent**, sicuti fusius nos demonstravimus.

Quare dubio: *an sit standum vel recedendum ad ecisis* peto humiliter sed fidenter, Emi Patres, ut respondere dignamini
< IN DECISIS. >

Sac. FRANCISCUS SOLIERI

Advocatus ac juris utriusque Professor.